epodicus

Arthon. GL VI 57. 15 sqq. haec etiam in carminibus, quae mutuo adnexa ita ex se pendent, ut alterum sine altero audiri non possit, προῳδικά et ἐπῳδικά (ΠΡΟΩΔΙΚΆ ΕΤΩΔΙΚΆ *codd., corr. Keil*) vocaverunt, id est antecantativa et postcantativa, ut sit [in hexametro] προῳδικόν ipsum epos, ἐπῳδικόν (epos et ΩΔΙΚΟΝ *codd., corr. Keil*) versus pentameter, qui ei subiungitur in elegiis. item <ante>cantativum (ante *suppl. Gaisford)* erit trimeter iambicus, ut (Hor. *epod.* 1. 1 sq)

ibis liburnis inter alta navium;

erit dimeter postcantativum,

amice propugnacula.

et quaecumque alio quolibet metro scripta sequentes clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellabuntur, quia proodicis versibus ἐπᾴδονται, id est accinuntur.

Aphton. GL VI 176.17 sqq. libri primi ode III (Hor. *carm*. I 3. 1)

sic te diva potens Cypri

hoc metrum modo in epodicis, 'modo in proodicis' ponitur, id est quotiens maioribus metris minus aliquid subiungitur, epodos dicitur, quotiens vero comma vel colon integro metro praeponitur, proodicon dicitur.

Fortvn. gramm. GL VI 291. 7 ... de pentametro epodico dicam ...

Fortvn. gramm. GL VI 295. 5 sqq. hinc (*scil.* a canticis quae habent strophen, antistrophen, epodon) translatum nomen est in has epodos, quae binos versus impares habent. nam ut illic epodos canticum finit, ita hic versus secundus sensum: hoc est enim legitimum in epodis. ergo secundum haec et elegia epodicum carmen.

Fortvn. gramm. GL VI 296. 2 sq. hoc metrum (*scil.* asclepiadeon) videtur a pentametro epodico natum. [*G.P.*]